

Verum enim verò quoniam à patria plerumq[ue] fontem et
 originem laudis Oratores deducunt, pulchrius inuestigare natale
 solum etiam arte alia nobis incumbit, nec immerito, sapientie
 namq[ue] honesta et celebri patria, etiam ignobili natum
 origine, nobilem tamen reddere solet, quis enim, plebeius sit
 licet, attamen diu civem Romanum, audire Spartanum,
 Atheniensem vocari, sibi non nobilissimum ducat? sensit
 istud proclare Socrates, dum propter tria natura se gratias
 referre dixit, quod nimirum, virum, quod graecum, quod atheni-
 ensium eum genuisset: at verò quam nobilis, quam celebri est
 pulchri patria! non ille quidem ex nobilissima Graecia, non ab
 Athenis scientiarum domicilio, non ex Roma terrarum orbis
 Domina, non deniq[ue] ab antiqua illa Troia originem suam
 trahit, sed ex illo, qui Graeciam nobilitavit, qui Athenas
 scientiarum domicilium constituit, qui Romam terrarum Dominam
 effecit, qui demum vetustissima illius Troia auctor fuit,
 ex Domine, inquam, ut apes ex bove, atq[ue] ex equo vespa origi-
 nem deducit: sed quid homini vel dignitate, vel excellentia in
 hac orbis theatro par reperire est? excedit. nobilitate
 sua omnes aurifodinas, gemmarum matrices, et quicquid tandem
 in pretio mortale ponere consueverunt, omne id longe superat
 et antecedit. O proclaram, o celebrem, o nobilem
 igitur pulchri patriam! certa si nihil aliud suppeteret illi,
 propter quod laudari posset, nisi solius patrie dignitas, qua
 condonessatur, ea tamen sufficeret, ut omnibus reliquis